

www.e-rara.ch

**Die Vorbothen des Neuen Heidenthums, und die Anstalten, die dazu
vorgekehret worden sind**

Weissenbach, Joseph Anton

[Basel?], 1780

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: Rb 1996:1 - Rb 1996:2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-81210>

Elogium funebre.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Elogium Funebre

R. P. FIDELIS A ROLL, S.J.

Hoc deerat malis meis,
Ut ROLLIUS e vivis abiret!
Eheu! dolore conficior,
Et quidquid scribo lacrimis deletur.
Acerba mors! eripuisti omnia:
Cur sensum, cur memoriam non eripis?
Luce[m] FIDELIS aspexit Bernaviæ in castro Gentilitio
VII. Id. April. MDCCXXXII.
Natales a prima ætate qua moribus qua literis
Nobilitavit magis.
Ubicunque esset, patriam reperit,
Prudentia, & Comitatus
Summos ac infimos
Primo aditu concilians sibi.
In Societate religionibus involutus,
Vel affectus habuit in potestate;
Idem semper, sui que simillimus,
Sed Scholas, & Tempia animaret,
Sed jus sacrum diceret, & moribundis assisteret.
Quare supra invidiam, ac res omnes creatas,
Virtutem verbo docuit,
Exemplo persuasit.
Aliorum salutem velut suam curabat,
Malens unam animam lucrari, quam mundum
universum.

Durus sibi, in alios benignus
Cum perdius, ac pernox apud ægros hæssisset,
Totis ipse hebdomadis lectum non ascendit.

Nihil ad gratiam locutus est:
Injurias excepit, ut alii beneficia solent,
Magistratum non gessit, minus appetiit;

Major tamen privato visus,
Et honores expertus tanto ampliores,
Quanto minus quæsisisset.

Medicum adeo Charitas fecit,
Qui corpora, et animos una curaret.

Ergo cum lues grassatur,
Et innumeros depascitur,
In obsequio affectorum securus sui
Malum cum primis hausit.

Ad nuntium periculi FRIBURGUM omne ingemuit.

Diceres, neminem alium valere illo ægrotante,
Concurritur ad templa, obsidentur aræ,
Personant omnia vocibus miserorum,
Servari sibi patrem rogantium.

Verum aliter visum Deo;
Qui florentibus annis maturum cœlo
Evocavit ad Coronam

IV. Kal. Febr. MDCCLXXII.

Sodali, Condiscipulo, et Amico scripsit mœrens

Jos. WEISSENBACH,

Solaturus alios,
Qui solari se ipse nescit in tanta jactura.